



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Evangelia: Qvæ Vsitato More in diebus Dominicis & Festis proponuntur, Annotationes Philippi Melanth.**

**Melanchthon, Philipp**

**Vuitebergæ, 1544**

**VD16 E 4532**

Dominica Qvinta Post Epiphania, Euangelium Matth. 13.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35272**

adiua incredulitatem meam. Hæc exempla monent,  
ut agnoscamus infirmitatem, & tamen non deterrea-  
mur ab invocatione, sic enim crescit fides, cum magis  
magisq; exerceatur. sicut dicitur: Habenti dabitur.

**D O M I N I C A Q V I N T A P O S T**  
**Epiphania, Euangelium**  
**Matth. 13. decimo tertio**

**D E Z I Z A N I I S.**

**A**LIAM PARABOLAM PRO-  
 posuit eis dicens: Simile est regnum  
 cœlorum homini qui seminauit  
 bonum semen in agro suo. Cum autem  
 dormirent homines, uenit inimicus eius,  
 & super seminauit Zizania in medio tri-  
 tici, & abiit. Cum autem germinasset her-  
 ba & fructum fecisset, tunc apparuerunt  
 & Zizania. Accedentes autem serui pa-  
 tris familiâs dixerunt ei: Domine, nonne  
 bonum semen seminasti in agro tuo: un-  
 de ergo habet zizania? Ille autem ait il-  
 lis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem  
 dixerunt:

DOMINICA V.

dixerunt ei: **V**is ergo ut euntes colligamus ea? Ille autem ait: **N**on, ne forte colligentes zizania, eradiceris simul cum eis triticum: **S**inete utraque crescere usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: **C**olligit primum zizania, & colligate ea in fasciculos ut comburantur, **T**riticum autem congregate in horreum meum.

**V** **N**us est praeipuus locus huius euangelij, quia in ecclesia non liceat tollere uilem gladio inobedientes, scilicet quod attinet ad ministerium apostolorum & uerbi, id est, ad potestatem ecclesiasticam, cuius officium proprium est, non uicem corporali, sed tantum uerbo arguere homines. **N**am regnum Christi, est regnum spirituale, quod solo uerbo, sine gladio regitur.

Iam hic queritur. **V**trum igitur non liceat tollere adulteros, homicidas & ceteras? Sic enim aliquis argumentari posset. **Z**izania non sunt tollenda, **A** adulteri sunt zizania, Ergo adulteri sunt tollendi. Concedendum est totum argumentum, quod attinet ad ministerium uerbi, non quod ad ciuilem potestam

potestatem. **M**agistratus ciuilis habet potestatem tolendi adulteros, homicidas, et similes palam flagitiosos. **M**agistratus enim, ut inquit **P**aulus, est qui fert gladium in terrorem malis, ut puniat eos. **I**tem, lex est iniustis posita. **E**t pecunarum ciuilium tres sunt cause. **P**rima est iustitia dei. **S**econda, exemplum. **T**ertia, pax publica.

**L**icet ne etiam magistratui punire haereticos? **M**axime. **M**agistratus enim est custos totius legis, hoc est, non tantum secundae, verum etiam primae tabulae, quod ad externam disciplinam attinet. **S**ed iudicium de doctrina non pertinet tantum ad magistratum, sed ad totam ecclesiam, cuius pars est magistratus, **I**s igitur uiderit ut certo iudicet, non ut nunc fit ex duorum aut trium monachorum sauitia et crudelitate, **S**ed ex sententia optimorum et doctissimorum in ecclesia.

**S**ic in haeresi **D**onatistarum, qui fingeabant ecclesiam, in qua prorsus nulli essent uitiosi, et contendebant sacramenta per malos administrata fieri irrita, **C**onstantinus imperator iudicium commisit episcopis **R**omanis, qui cum recognita damnassent **D**onatistas, neque iij stare hoc iudicio uellent, **I**mperator **A**rea late conuentum instituit, ubi praesens ipse re dijudicata, sententiam tulit contra **D**onatistas. **E**t ut pena aliqua afficerentur, transtulit bona ipsorum ecclesia  
stica

## DOMINICA

stica, ad ueram ecclesiam.

Ita in summa hoc euangelium docet, ne Apostoli  
prætextu euangelij arripiant gladium, & consti-  
tuant regnum mundanum, quod longe aliud est, q̄  
regnum Christi. Sed de eorum officio loquitur Pau-  
lus. Increpa, arguc, cum omni imperio. Quibus uerbis  
significat Paulus, potestatem ecclesiasticam posse im-  
perare in ihs, quæ sunt iuris diuini, ei q; necessario obe-  
diendum essc. Id enim significat επιταγή.

## DOMINICA SEPTVAGESI- mæ, Euangeliū Matt. 20.

SIMILE EST REGNUM COE-  
Slorum homini patrifamiliās, qui  
ex̄t primo diluculo conducere ope-  
rarios in uineam suam, Conuentione  
autem facta cum operarijs, ex dena-  
rio diurno, misit eos in uineam suam.  
Et egressus circa horam tertiam, uidit a-  
lios stantes in foro otiosos, & dixit il-  
lis: Ite & uos in uineam, & quod iustum  
fuerit, dabo uobts. Illi autem abierunt.  
Iterum